



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Libidines.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Rom. 9.
Sustinuit
vasa ira.
In lib. O.
pera es-
senti.

*Esile, curruq; vel attritum vir iste Iechonias? At bone Deus, quid aliud clamat Oedipus apud Sopho- A
clem? Ita me tu opibus bellum educaſtis vas repletum ſordibus? Alibi ad apertis theſauris vaſa indigna-
tionis à Deo prolata comperias, hoc eſt, reſectos animos, in quibus & ira, & pravi affectus reliqui
concluderentur, de quibus plura apud Theologos. Heſiodi quoq; interpretis dolium vas allegorice
pro vita animiq; noſtri ſuſtentaculo accipitur eo Agricultura loco:*

*À pœtibus ſi nibe uſq; uſq; & uſq; uſq;
Miseris Oedipus.
De ſummo ſatiare cado, & cum cepit adimium
Deſicere, at medio memor eſto parcius uti.*

ubi dictum ajunt de pueritia, virilitate, & ſenectute, quippe pueros & ſenes jucundiorẽ vitam eg-
re debere, genioq; liberius indulgere: viros vero. etatem firmiorem, parce omnia ſibi permittere,
modumq; voluptatibus omnibus adhibere, vitamq; unde cumq; laborioſam adariare. Utrum vero
Heſiodum hoc ſenſiſſe dicamus, an quod Alexander Aphrodiſeus interpretatur, de vini parte me-
liori, viderint alii: nam ad Alexandri ſententiam accedit etiam proverbium vulgo dictatum, *Seras
eſſe in fundo parſimoniam.*

PER SUASIBILITAS. CAP. XXVII.

Doliola
Plutarchi.

A Pud Platonem in Gorgia, legas Socratem ex Italia cujusdam viri elegantis commento, eam ani-
mæ partem in qua vigescunt cupiditates, propter perſuaſionem crudelitatisq; lubricam Do-
lium appellatum, quod Græci nominis vox *δολιον*, non à *δολος*, ſed *δολιωνος* deduci videatur. At quæſitum
fortaſſe aliquis, quid ſibi voluerint doli duo, quæ olim in ſacello quodam Romæ ad cloacæ immuni-
mam, via quæ ad Carinas ducit, habebantur: quo quidem in loco ſpære ne faſ erit: quod porro ſacel-
lum Doliola Plutarchus vocatum ait. Nempe nihil aliud, ut nonnulli tradunt, niſi duo fuiſſe doli, ab-
terum in quo Numæ ſacra quædam à Veſtalibus virginibus abſcondita ſervataque fuerint, cum ipſæ me-
tu percuſæ, deſerta Urbe fuga ſibi conſuluiſſent. Ibi enim ajunt ſimulacra duo fuiſſe militari habitu,
quæ ſedebant, & pœila manibus tenebant, quibus titulis ſuberat, **DI PENATES.** Significabat vero
ſeſſus, firmatam Imperii ſedem: pœila, hoſtes ſummotos, procul arma reliqua: Romani populi virtus
tem, & munimentum, ut apertius alibi ſingula pertractavimus.

LIBIDINES. CAP. XXVII.

Dolium
peſeratib.
Sic Plaut.
in Pſeudo-
do. d. lium
peruſum
vocat ab-
luſiſum.

Danaïdes.

S Ed ut ad Platonem redeamus, eam animi partem, quæ libidinibus agitur, Italus vir ille pro ſa-
pientie citatus à Socrate perforatum dolium exiſtimabat, cujuſmodi eſſent dementes profani, &
judicio damnati viri inexplebili incontinentiâ præditi, qui propter inſidam animi compagem, obli-
vionemq; fluxam eorum, quæ honeſta juſtaq; percepſet, nihil quicquam in ſuſum continere poſ-
ſent. Idcoq; Lucretius hunc ſecutus ait, lib. 3.

*Deinde animi ingratoram naturam paſcere ſemper,
Atq; explere bonis rebus ſatiareq; nunquam,
Cum redunt ſetiq; ſerunt, variosq; lepores,
Nec tamen explemur vitæ fruſtibus unquam,
Hoc, ut opinor, id eſt, ævo ſtorente puellas
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.*

HUMANI AFFECTUS. CAP. XXVIII.

Philopho-
rum ſuper
modicam
tentia
Epiſtola 2.
Lib. 1.

Philophi, qui ſacras literas ad morum tantum rationem trahunt, cum in arcam Noe omnes fe-
rarum ſpecies introductas legerent, arbitrati ſunt intelligi debere ex hujusmodi hiſtoria, in hu-
manum corpus ſerios omnes affectus, cupiditates, & appetentias introductas. Sunt vero ex iſis, quæ
difficiliter ex rari curarive, aut manſueſcere poſſint. Quare clamat Horat *Regendum animos,*
qui niſi parat, imperat: hunc ſerans igitur, hunc catenis compeſcendum. Rerū itaq; opifex terram af-
fluentibus aquis expurgaturus, hoc eſt, ut Philo ait, animum ab iniquitatibus expurgaturus, Noæ tra-
arcam,